

tio a priori, quam voluntas Christi nobis ex traditione perpetua revelata.

Objicies. Fidelitas in promissis obligat jure naturae; atqui conjuges sibi promiserunt mutuam et individuam vitae societatem in Matrimonio; ergo.

Resp. *Dist. maj.* Fidelitas in promissis absolutis, conc. conditionatis, nego. Contractus autem Matrimonii, sit cum hac retentione implicita et virtuali, ut, nempe, liceat ante consummationem Religionem ingredi et profiteri.

Quaeres 14. Utrum divortium sit licitum?

Resp. Est licitum, si fiat legitima auctoritate, ita definit Concil. Trid. sess. 24, can. 8. *Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum ob multas causas, separationem inter conjuges quoad thorum, seu, quoad habitationem ad certum, incertumve tempus fieri posse decernit: anathema sit.*

Quaeres 15. Quas ob causas licitum sit divortium?

Resp. Licitum est, 1. ob culpable alterius conjugis adulterium moraliter certum: id enim permittit Christus, Matth. 19. *Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur.*

2. Ob crimen vertens in damnum spirituale alterius conjugis, quale est periculum subversionis, vel a fide, vel a bonis moribus: immo tunc teneretur ad divortium: dicente Christo, Matth. 18. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, et projice ab te.*

3. Ob periculum gravis damni corporalis comparatis, quale reperitur, cum alter conjux laborat morbo contagioso, est amens, furiosus, &c. quia Matrimonium non tollit jus naturale vitandi corporale periculum.

Objicies. Christus solius fornicationis meminit; ergo unica est causa divortii.

Resp. Nego conseq. Christus enim non exclusit alias causas, sed solius fornicationis meminit, 1. quia sola fornicatio opponitur fidei conjugali; 2. quia Christus

loquitur de divortio per libellum repudii, quod erat perpetuum; atqui sola fornicatio est causa divortii perpetui; ergo.

Quaeres 16. Quid juris habeat innocens post factum divortium?

Resp. Si divortium sit perpetuum, pars innocens potest mutare statum per susceptionem Ordinum vel professionem religiosam, quia adulteri amisit jus in corpus compartis innocentis, sed non vicissim. Si vero divortium non sit perpetuum, pars innocens non potest mutare statum, quia nocens emendatus potest, auctoritate Judicis, repetere suam compartenem.

§. V. *De impedimentis Matrimonii.*

Quaeres 1. Quotuplicis generis sint impedimenta Matrimonii?

Resp. Duplicis, alia sunt *impedientia* tantum, quae Matrimonium reddit tantummodo illicitum. Alia *dirimentia*, quae matrimonium attentatum reddit nullum et irritum.

Quaeres 2. Quot sint impedimenta impudentia?

Resp. Jure novo sunt tautom quatuor, versu sequenti comprehensa:

Ecclesiae vetitum, tempus, sponsalia, votum.

1. Per *Ecclesiae vetitum*, intelligitur, prohibito a Parocho facta nuptientibus, ne contrahant Matrimonium ob aliquam causam temporalem; v. gr. donec inquiratur, an impedimentum, quod objicitur, revera existat.

2. Per *tempus*, intelligitur tempus, quo interdicuntur nuptiae, nimurum, ab Adventu usque in Diem Epiphaniae, et a Feria quarta Cinerum usque in octavam Paschatis inclusiv. Trid. c. 10. de ref.

3. Per sponsalia, intelliguntur sponsalia cum alio prius contracta, et nondum dissoluta.

4. Per votum, intelligitur votum simplex castitatis, vel religionis ingredienda, vel suscipiendo ordinem sacram, vel nunquam nubendi, ne fides Deo data violetur.

Quaeres 3. *Quot sint impedimenta dirimentia?*

Resp. Sunt quindecim, his versibus expressa:

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Amens, affinis, si clandestinus, et impos,
Si mulier sit rapta, loco nec redditia tuto,
Haec facienda retant connubia, facta retractant.*

Error, conditio, votum.

Quaeres 1. *Quid sit impedimentum erroris?*

Resp. Est, *inabilitas ad contrahendum Matrimonium, orta ex errore circa personam, vel circa qualitatem redundantem in personam.* Dirimit Matrimonium jure naturali, quia omnino tollit consensum.

Dicitur 1. *Orta ex errore circa personam;* ut si supponatur Lia pro Rachele. 2. *Vel circa qualitatem redundantem in personam:* ut si supponatur secundo genita pro primo genita, quam contrahens petierat; haec enim qualitas redundat in personam, qui illam determinat et distinguit a quavis alia persona.

Ergo error circa simplicem qualitatem personae (ut cum quis dicit pauperem, vel corruptam, quam putabat divitem vel virginem), non dirimit Matrimonium, quia defectus accidentium non tollit consensum absolutum in rem ipsam.

Quaeres 2. *Quid sit impedimentum conditionis?*

Resp. Est, *inabilitas ad contrahendum Matrimonium, orta ex serritate ignorantiae a parte libera.* Diri-

mit Matrimonium solo jure ecclesiastico, quia est solum error circa simplicem qualitatem personae.

Quaeres 3. *Quid sit impedimentum voti?*

Resp. Est, *inabilitas ad contrahendum Matrimonium, orta ex voto solemnii quod emititur in professione Religionis approbatæ ab Ecclesia.* Hocque jure veteri: nam jure novo Greg. XIII. votum simplex emisum a PP. Societatis Jesu, est enim impedimentum dirimens Matrimonium. Porro impedimentum voti, est juris Ecclesiastici, cum ab hoc solo jure votorum solemnitas fuerit instituta.

Cognatio.

Quaeres 1. *Quid sit impedimentum cognitionis?*

Resp. Est, *inabilitas ad contrahendum Matrimonium inter personas, vel carnaliter, vel spiritualiter, vel legaliter propinquas.* Ergo triplex cognatio Matrimonium dirimit, nempe, carnis, quae dicitur consanguinitas: spiritualis, quae dicitur, compaternitas; et legalis, quae dicitur, adoptio.

Quaeres 2. *Quid sit consanguinitas?*

Resp. Definitur: *Vinculum personarum, quarum una ab alia, vel ambae ab eadem, tamquam a communi et propinquo stipite, per carnalem generationem, descendunt.* Cum autem descendentes ex eodem stipite, possint esse stipiti propinquiores vel remotiores, gradus in consanguinitate debent observari.

Quaeres 3. *Quomodo computantur gradus consanguinitatis?*

Resp. Per duplēm lineam, aliam directam, aliam indirectam, seu, collatéram.

Linea directa, est, ordinata series personarum, quarum una ab alia procedit, ut filius a patre.

Linea indirecta, est ea quæ continet personas, de-

scendentes quidem ab uno communi stipite, sed quarum nulla descendit ab altera, ut frater et soror, consobrinus et consobrina. Cum in hac linea personae aequaliter distant a communi stipite, ut frater et soror, dicitur *linea indirecta aequalis*; cum vero inaequaliter distant, ut frater et filia sororis, dicitur *linea indirecta inaequalis*.

Quaeres 4. Quot sint regulae ad computandos gradus consanguinitatis?

Resp. Sunt tres. 1. Reg. In linea recta, tot sunt gradus, quot sunt personae, dempto stipite, a quo ducitur computationis initium, v. gr. pater, filius, nepos, sunt tres personae, et duo gradus.

2. Reg. In linea collaterali aequali, tot gradibus duo distant inter se, quot ambo distant a communi stipite. Sic frater et soror, quia distant a patre uno gradu, distant inter se uno gradu.

3. Reg. In linea collaterali inaequali, tot gradibus duo distant inter se, quot remotior distat a communi stipite. Sic frater et filia sororis distant inter se duobus gradibus, quia filia sororis distat a stipite duobus gradibus.

Quaeres 5. In quo gradu consanguinitas dirimat Matrimonium?

Resp. In linea recta, dirimit Matrimonium in quocumque gradu usque in infinitum; sed in linea collaterali dirimit duntaxat usque ad quartum gradum inclusive.

Quaeres 6. Quo jure consanguinitas Matrimonium dirimat?

Resp. 1. In quocumque gradu lineae directae, et in primo lineae collateralis aequalis dirimit jure naturae: hoc enim dictat pudor et reverentia, quae homini naturaliter indicta est erga parentes, et quam sibi quoque debent fratres et sorores. 2. In caeteris gradibus lineae collateralis dirimit solo jure ecclesiastico, cum etiam in

secundo gradu Papa possit dispensare, ex Concl. Trid. sess. 24. cap. 15. autu[m] z[immo]ni[us] oratione ob-

Quaeres 7. Quid sit cognatio spiritualis?

Resp. Est, Propinquitas, jure ecclesiastico inducta, proveniens ex Baptismi et Confirmationis collatione et susceptione. Dirimit Matrimonium. 1. Inter susceptores in utroque Sacramento, et susceptum, illiusque patrem et matrem. 2. Inter ministrum et illa Sacraenta suscipientes, illiusque patrem et matrem. 3. Inter

Ergo impedimentum non contrahunt patrinos et matrinas inter se, nec procurator patrini, quia non suo, sed mandantis nomine agit. I. ob. O. vii. V.

Quaeres 8. Quis sit cognatio legalis?

Resp. Est, propinquitas personarum ex adoptione perfecta consumptiva. Dirimit Matrimonium, inter adoptantem et adoptatum, ejusque posteros usque ad quartum gradum. 2. Inter uxorem adoptantis et adoptatum, et sicissim inter uxorem adoptati et adoptantem. 3. Inter adoptatum et filios aut filias adoptantis, quantum non sunt liberi a patria potestate.

Quaeres 9. Crimen, cultus disparitas.

Quaeres 10. Quid sit impedimentum criminis?

Resp. Est, inhabilitas jure ecclesiastico inducta, ad contrahendum Matrimonium, orta vel ex homicidio solo, vel ex adulterio solo, vel ex utroque simul.

Dicitur 1. Ex homicidio solo: quando nimisrum quis occidit coniugem alterius conspirantis, vel consentientis in homicidium, ex intentione postea Matrimonium inaudiit cum homicida.

Dicitur 2. Ex adulterio solo: quando, sive ante, sive immediate post adulterium, adulteri sibi dederunt promissionem de Matrimonio contrahendo post obitum conjugis.

Dicitur 3. Ex adulterio et homicidio simul, quando

post admissum adulterium simpliciter, et sine data fide de futuro Matrimonio, conjux unius occiditur. ab alterutro adultero, etiamsi adulter superest non consenserit.

Quaeres 2. Quid sit impedimentum disparitatis cultus?

Resp. Est, *inabilitas ad contrahendum Matrimonium inter personas, quorum una est baptizata, altera non baptizata.* Irritat solo jure ecclesiastico. Ergo catholici valide, licet illicite, contrahunt cum infidelibus.

Quaeres 1. Quid sit impedimentum violentiae?

Resp. Est, *inabilitas ad contrahendum Matrimonium, orta ex gravi metu, injuste a causa libera incusso ad matrimonium extorquendum.* Dirimit Matrimonium solo jure ecclesiastico, sed fundato in jure naturali, dictante posse irritari contractum, cui ab initio defuit spontaneum plenum, coniunctum injuria, quae non potest reparari, nisi per irritationem Matrimonii.

Quaeres 2. Quid sit impedimentum Ordinis?

Resp. Est, *inabilitas ad contrahendum Matrimonium, orta ex susceptione sacrorum Ordinum.* Dirimit solo jure ecclesiastico, ut definitio Concil. Trid. sess. 24. can. 9.

Quaeres 3. Quid sit impedimentum ligamenti?

Resp. Est, *inabilitas ad contrahendum Matrimonium, orta ex vinculo prioris matrimonii, sive rati, sive consummati;* quo durante, secundum Matrimonium iure naturali et divino est irritum. Hoc impedimentum fuit sufficienter explicatum § 4. ubi de p̄ligamia si multanea egimus.

Dicitur 3. De quodam impedimento Matrimonii, quod conjugis.

Honestas, Amentia.

Quaeres 1. Quid sit publica honestas?

Resp. Est, propinquitas orta ex sponsalibus validis, aut Matrimonio rato, non consummato. Dirimit solo jure ecclesiastico.

Quaeres 2. Ad quem gradum extendatur illud impedimentum?

Resp. 1. Ad quartum gradum inclusive, si oriatur ex Matrimonio rato, etiamsi fuerit nullum, quale est Matrimonium attentatum tempore prioris Matrimonii certo scienter subsistentis, capi veniens, de eo qui duxit quām polluit per adulterium.

Resp. 2. Dirimit tantum in primo gradu, si oriatur ex sponsalibus validis, ut statuit Concil. Trid. sess. 24. can. 3. porro impedimentum perseverat, etiamsi sponsalia postea juste fuerint dissoluta, ut decidit S. Congregatio Cardinalium Concil. Trid. interpretum, can. 1656.

Quaeres 3. Utrum amentia dirimatur Matrimonium?

Resp. Dirimit Matrimonium contrahendum jure naturali, cum tollat usum rationis, ac proinde omnem consensum, sine quo nullus est contractus. Quod si amentia non sit perpetua, potest, qui ea laborat, contrahere in lucido intervallo.

Affinitas, Clandestinitas.

Quaeres 1. Quid sit Affinitas?

Resp. Est, propinquitas orta ex copula carnali, sive licita, sive illicita, inter cognoscentem et consanguineos personae cognitae, et vicissim inter cognitam et consanguineos cognoscentis.

Quaeres 2. Ad quem gradum se extendat illud impedimentum?

Resp. Ad quartum inclusive, si oriatur ex copula licita, ad secundum vero, si oriatur ex copula illicita. Quod si superveniat Matrimonio contracto, non illud dirimit, sed illius usum impedit quoad debiti petitio-nem, non vero quoad redditionem.

Quaeres 3. Quomodo computentur gradus affinitatis?

Resp. Eodem modo computantur, quo gradus consanguinitatis. Unde quo gradu aliquis viro est consanguineus, eodem gradu est affinis iuxori, et vicissim.

Quaeres 4. Utrum affinitas pariat affinitatem?

Resp. Non parit, unde duo fratres possunt contra-herere cum duobus sororibus.

Quaeres 5. Quo jure affinitas Matrimonium dirimat?

Resp. 1. In linea collaterali, dirimit solo jure ecclesiastico, nam Jacob cum duabus sororibus contraxit, quod certe non fecisset, si jure naturali fuisset con-trarium. 2. In linea recta, probabiliter etiam est quod illud dirimat solo jure ecclesiastico; nam Concilii Agathense, can. 6. et Aurelian. III. can. 10. statuant non esse dissolvenda paganorum Matrimonia, resiam in primo gradu lineae rectae affinitatis contracta; ergo censent ea jure naturali fuisse valida.

Quaeres 6. Quid sit impedimentum clandestinitatis?

Resp. Est, *inabilitas ad contrahendum Matrimonium*, orta ex defectu praesentiae proprii Parochi, et duorum saltem testimoniis. Dirimit jure novo a Concil. Trid. inducto. Unde Matrimonia clandestina sunt invalida in omnibus locis, ubi Concilii decretum promulgatum et receptum est.

Quaeres 7. Quis censeatur proprius Parochus, an originis contrahentium, an domicili?

Resp. Est Parochus domicili, sive sit viri parochus, sive mulieris, usus tamen invalidit, ut Matrimonium celebretur coram Paroco mulieris, de licentia Parochi

viri, qui debet testificari se proclamassem banna nemine contradicente.

Quaeres 8. Quandiu quis debet in aliquo loco com-morari, ut in eo sortiatur domicilium?

Resp. Juxta statuta dioce-sana, regiis edictis fir-mata, domicilium sufficiens ad contrahendum non ac-quiritur, nisi contrahentes per 6. menses in Parochia habitaverint, si sint ejusdem Dioecesis, et per annum, si sint diversae.

Quaeres 9. Coram quo Parochi debent contrahere vagi?

Resp. Coram Parochi loci ubi versantur dum con-trahunt, obtenta prius Ordinarii licentia, ut statuit Concil. Trident. sess. 24. can. 7. de reform.

Impotentia, Raptus.

Quaeres 1. Quid sit impedimentum potentiae?

Resp. Est, *inabilitas ad contrahendum*, orta ex in-capacitate consummatam, et completam copulam exer-cendi: unde sterilitas non est potentia.

Quaeres 2. Quotuplex sit potentia?

Resp. Dividitur 1. In *perpetuam*, quae absque mi-raculo, vel peccato, vel vitae periculo, non est vincibilis;

et *temporalem*, quae absque praedictis est vincibilis. Dividitur 2. In *absolutam*, quae est *inabilitas viri* ad omnes mulieres, et vicissim; et *relativam*, quae est *inabilitas respectu* quarumdam tantum personarum.

Quaeres 3. Quaenam potentia dirimat Matrimo-nium?

Resp. Sola potentia perpetua, Matrimonium ante-cedens, dirimit Matrimonium, *absoluta* quidem res-pe-tu omnium; *respectiva* vero, respectu illius personae ad quam est. Ratio est, quia tunc nulla est contractus matrimonialis materia, quae est *corpus*, non qualecumque, sed corpus ad congressum maritalem aptum;

ergo impotentia est impedimentum juris naturalis.

Ergo, si separatione facta, appareat impotentiam non fuisse perpetuam, conjuges restaurari tenentur, etiam si a comparet aliud Matrimonium fuisset contractum, quia prius celebratum fuit validum, et est indissolubile, cap. 5. de frigidis.

Quaeres 4. *Quid sit raptus?*

Resp. Generatim describi potest: *Foeminae abductio de loco in locum, vi aut seductione facta, Matrimonii ineundi, vel libidinis explendae causa.*

Quaeres 2. *Quotuplex sit raptus?*

Resp. Duplex, nempe, *violentiae*, qui fit quando filia-familias renitens abducitur e domo paterna. Et *seductionis*, qui fit quando filia-familias, blanditiis et promissis seducta, consentit suae abductioni, non consentientibus parentibus, sub quorum est potestate.

Quaeres 3. *Utrum raptus dirimat Matrimonium?*

Resp. Ex Concil. Trid. sess. 24. can. 6. Matrimonium dirimit inter raptorem et raptam, quamdiu manet in potestate raptoris: nam si rapta, a raptore separata, et in loco tuto ac libero constituta, consentiat, validum erit Matrimonium. Porro cum juxta mentem Senatus Parisiensis, puella non censeatur in loco tuto ac libero constituta, nisi paternae potestati restituatur, raptus seductionis Matrimonium non minus dirimit, quam raptus violentiae.

§ VI. De dispensatione ab impedimentis Matrimonii.

Quaeres 1. *Quis possit dispensare ab impedimentis Matrimonii impedientibus?*

Resp. Potest Episcopus, exceptis, 1. sponsalibus, quae obligant jure naturali, 2. votis castitatis perpetuae, et ingrediendi religionem, quae sunt Papae reservata. Si tamen Matrimonium jam sit contractum, in illis etiam potest Episcopus dispensare.

Quaeres 2. *Quis possit dispensare ab impedimentis dirimentibus?*

Resp. 1. In impedimentis jure naturali et divino dirimentibus, nulla potest esse dispensatio.

Resp. 2. In impedimentis jure ecclesiastico dirimentibus, solus Papa, ex communi Ecclesiarum usu, habet jus dispensandi, saltem ordinarie loquendo.

Dixi: *Saltem ordinarie loquendo*, nam ex communi Episcopus potest dispensare in impedimentis occultis post matrimonium contractum, si ista occurrant. 1. Si praemissae sint denuntiationes. 2. Si fuit ignoratum impedimentum. 3. Si Matrimonium sit consummatum. 4. Si facilis non sit ad Papam vel legatum recoursus. 5. Si instet periculum incontinentiae, aut infamiae.

Immo plures Episcopi in Gallia existimant, se, ex antiquo praedecessorum suorum usu, posse dispensare ab aliquibus impedimentis, etiam publicis, sive de contrahendo, sive de contracto, atque eo titulo dispensant, nemine contradicente: alii aliter sentiunt et agunt, unusquisque igitur sequatur usum certum et probatum suae Ecclesiae.

Quaeres 3. *Quid requiratur ad valorem dispensationis?*

Resp. Requiritur. 1. Ut causa finalis dispensationis sit vera, et subsistat dum conceditur. 2. Ut in petitione nihil omittatur eorum quae jus et stylus curiae exigunt; nihilque reticeatur veri, ratione cuius dispensatio, vel nullo modo, vel non nisi cum certa conditione aut limitatione, daretur: alioquin dispensatio foret *subreptitia*, aut *obreptitia*.

Quaeres 4. *Quomodo Matrimonium debeat revalidari, impetrata dispensatione?*

Resp. 1. Si impedimentum sit publicum, novus præbendus est consensus coram Parocho et testibus: quia tunc urget ratio Concil. Trident. quae est ut possit probari validitas Matrimonii.

Resp. 2. Si impedimentum sit occultum, de quo non sit periculum ut aliquando innotescat, tunc satis erit ut partes contrahentes secrete mutuo consentiant, ut declaravit Pius V. motu proprio, apud Navarrum.

Quaeres 5. *Utrum necesse sit, ut pars conscientia nullitatis Matrimonii, illam alteri parti aperiat?*

Resp. Non est necesse, cum haec via semper importet gravissimas suspiciones, rixas, et alia incommoda: sed sufficit, ut comparatem blanditiis deliniat, et bene dispositam sic alloquatur: *Ita te amo, ut si non esset inter nos Matrimonium, te in Conjugem acciperem, et nunc ita te accipio: tu ne idem ex tua parte facis?* Si respondeat, *facio*, aut simili verbo consensum novum declarat, tunc valebit Matrimonium; non sufficit autem si dicat: *Vellem, facerem, quia consensus tunc non esse de praesenti absolutus, sed tantum simplex approbatio prioris consensus invalidi.*

**INDEX****TITULORUM.****QUI IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR****TRACTATUS IX.****DE LEGIBUS.**

Cap. I. <i>De Legibus in communi.</i>	3
Cap. II. <i>De Lege aeterna.</i>	5
Cap. III. <i>De Lege naturali.</i>	6
Cap. IV. <i>De Lege positiva divina.</i>	10
Cap. V. <i>De Lege humana in genere.</i>	15
Cap. VI. <i>De variis speciebus legum humanarum.</i>	20
§ I. <i>De Lege scripta et consuetudinaria.</i>	21
§ II <i>De Lege favorabili, seu de privilegiis.</i>	22
§ III. <i>De Lege poenali.</i>	23
§ IV. <i>De Lege irritante.</i>	24
Cap. VII. <i>De cessatione legum humanarum.</i>	25

TRACTATUS X.**DE PRAECEPTIS ECCLESIAE PRAECEPTIS.**

§ I. <i>De paecepto auditionis Missae.</i>	27
§ II. <i>De paecepto sanctificationis festorum.</i>	29
§ III. <i>De paeceptis jejunii et abstinentiae.</i>	31

TRACTATUS XI.**DE VARIORUM STATUUM OBLIGATIONIBUS.**

Cap. I. <i>De obligationibus beneficiatorum.</i>	33
Quaestio I. <i>De Horis Canonicas.</i>	34